

burgensem⁹⁹ per nos aliquot ante mensibus defuncto priori, hic tamen si consentiret, coadiutorem datum, quem illustrem virum, quod^b alienigena esset, quodque defunctus prior nunquam in ipsum consensisset, aliisque de causis, quas nobis dictorum fratrum nostrorum mandato retulit idem publicus nuncius, regni constitutiones ad eam dignitatem non admittunt, nec potuit eius quietam pacificamque possessionem ullo umquam tempore nancisci reclamantibus, quemadmodum nobis exponi fecistis, universis regni proceribus ordinisque nostri fratribus, quibus cum publicas nostrę provisionis litteras exhibuisset, ab omnibus reiectas fuisse nuncius idem vester asseruit, quia consensum prioris non habuerat, sicuti in illis per nos adiectum fuerat, subiungens etiam nuncius vester ipsum illustrem Ioachinum ex eo tempore nunquam iuri suo actionibusque ad dictum prioratum sibi competentibus publice apud fratres regnive primores instituisse, unde suppliciter petiit omnium vestrum verbis, religiosi dilecti fratres, et nomine, prout etiam in vestris ad eum mandatis authentice scriptis legimus, ut magnificum et nobilem virum Ioannem a Wartemberga isthic primum vobis, deinde nobis hic presentatum valdeque commendatum per serenissimum regem Ferdinandum, Romanorum regem semper augustum, ad prioratum illum admitteremus. Quum^c igitur nephas^d habeatur iustas preces aure surda preterire et convenientissimum modo putemus regio assentiri iudicio, quumque^e insuper tam longa et tam diutina vacatio soleat ecclesiis inferre damnum non mediocre, iis presertim locis, ubi non desunt, qui desertis et vacantibus insidentur, hinc est, quod nostrę religioni consulentes, quatenus sacris est cautum canonibus, adducti pariter, vir magnifice, preclaris virtutum tuarum meritis, de quibus fidedigno et regali apud nos commendaris testimonio, leti^f insuper amplecten-

b) *fehlt* 2577 c) Cum 2575 d) nefas 2575 e) cumque 2575 f) letis 2575

99) Joachim (1502–1562) war als der älteste von vier Söhnen des Herzogs Karl von Münsterberg und Oels aus dem Hause Podiebrad für eine geistliche Karriere vorgesehen. So wurde er 1531 in Breslau zum Diakon geweiht und Propst zu Glogau und 1532 Koadjutor des Großpriors von Böhmen. Als Herzog Karl 1536 starb, bekannten sich alle seine Söhne zur Reformation. Als Joachim und seine Brüder 1537 ihre Ansprüche auf Crossen und Züllichau aufgaben, versprach Kurfürst Joachim II. von Brandenburg Joachim entweder das Bistum Lebus oder das Bistum Brandenburg, welches zuerst vakant würde. Dadurch wurde Joachim von Münsterberg 1545 Bischof von Brandenburg, verzichtete aber 1560 unter Vorbehalt seines reichsfürstlichen Ranges auf die weltliche Regierung zugunsten des Kurprinzen Johann Georg von Brandenburg. Vgl. Europäische Stammtafeln III/1 (1984) Taf. 23; Gustav ABB / Gottfried WENTZ, Die Bistümer der Kirchenprovinz Magdeburg: Das Bistum Brandenburg, Teil 1 (Germania Sacra 1, 1929) S. 19, 112f.